ſiteri, & hinc diſcamus quám intempeſtivis ubiq; feré adoleſcentia, quám abhorrentibus á recta ratione ſtudiis obruatur. Cumq; hæc vita non unius ſcientiæ, ſed omnium viribus tuenda ſit, omniaq; ſint ad Reip. ſalutem dignitatemq; referenda, redeamus ad id, quod olim fuit, quodq; initio dictum eſt, nequa ars liberalis in iuventutis educatione deſideretur. Unde, ſi bellum ſit, optimarum rerum ſcientia noſtris illis viris fortibus aliquando ſit emolumento: ſin optatiſſima pax permaneat, ex eodem fonte togata virtus omnibus cumulata laudibus effloreſcat.

DIXI.

P. RAMI

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG